MONUMENTA GERMANIAE

recessu, filium tamen eiusdem Elisabeth Hermannum retinuerunt. Ubi, scilicet in Martburgk, construxit unum hospitale et sanctissime vixit, elemosinas pauperibus ~~erogando~~ largiendo et solicito in paupertate et in statu contemptibili vacabat usque ad mortem. Obiit autem anno Domini MCCXXXI, anno etatis sue XXIIII.

sancte add. sed a serog. minio del. et exponit.

Anno Domini MCCXXX. In Thuringia in tribus castris, Wassinburgk, Glichin et Molburgk, turres uno fulmine pariter succensi sunt.

c. 423 Cr. Reinh. (~~...~~) 1231.

Anno Domini MCCXXXII. Siffridus archiepiscopus Maguntinus a monasterio Reynhardisborn aliquam summam pecunie extorquebat, et quia abbas dare recusabat, ipsum pene gravioris culpe subiecit, et in Erffordia in capitulo canonicorum sancte Marie tribus diebus disciplinas recepit. Ultimo vero accidit, quod Conradus lantgravius Thuringie, frater ~~Hermanni~~ Heinrici, casu veniens Erffordiam et missam audiens in ecclesia sancte Marie hora illa, dum predictus abbas debebat se presentare ad disciplinas et nudus in superiori parte corporis, virgas in manibus baiulans, intravit capitolium. Quod videntes aliqui de familia Conradi lantgravii sibi retulerunt, quam male abbas tractaretur; qui[b] in furia magna capitolium ascendit et extracto cultello in archiepiscopum irruit et ipsum transfigere laborabat, sed ~~impeditur~~ in capitis deprehendit et ipsum transfigere laboravit, sed impeditur. Mox dictus Conradus civitatem exivit et expedicionem indixit et civitatem Fritzlarie terre Hassie hostiliter circumvallavit et suburbia incendit; et cum inde recedere vellet, mulieres lascive civitatis murum ascen-

Cr. Th. 184.

capitlo

b) qz (quod)